



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 68. Decreta Synodi Diœcesanæ Constantiensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. ne. XXI. De Judicibus Delegatis de  
A. C. 1609. nique. XXII. De Synodo.

## §. LXVIII.

*Decreta Synodi Diaœcesanæ Con-  
stantiensis.*

*Acta Synodi* Altera Synodus a Jacobo Fuggero in  
*Const.* Constantiensi Diaœcesi hoc anno die  
*Concilia* decima octava Octobris celerabatur, ad  
*Germ. p. 851.* quam tamen Princeps & Abbas Cam-  
pidonensis privilegii & exemptionis ob-  
tentu nec per se nec per alium compa-  
ruere, sicut nec Abbas Solemitanus, eo-  
quod ei Ordinis sui Generalis id inhibi-  
busset. Pariter nec Johannitarum nec  
Teutonicorum Equitum ullus intererat.  
Condebantur ibidem plurimæ constitu-  
tiones, inter quas tamen ceteris omili-  
fis nonnisi magis singulares recensebi-  
mus. Primo igitur prohibet Synodus,  
ne Catholici addiscendæ linguae, mer-  
caturæ vel alio nomine ultra annum in  
locis hæreticis morentur, aut liberos  
suos ad Sectariorum Scholas ablegent,  
aut ad loca hæretica in Matrimonium  
locent. Præcipit, ut infantes expositi,  
etsi Baptismi testimonium habeant ap-  
pensum, sub conditione tamen rursus  
aqua Salutari tingantur, & adultis com-  
munio sub una tantum specie admini-  
stretur, eoquod hoc usu Catholici hodie  
a Se-

a Sectariis discernantur. Interdicit u-  
sum ad arcendas tempestates vel incen- Sæc. XVII.  
A.C. 1609.  
dia Venerabile Sacra-  
menta extra Ta-  
bernaculum exponendi, vel cum eo in  
Ecclesiarum portis aut cæmeteriis aut  
apud incendium orandi &c. prohibet  
etiam, ne Sacra Eucharistia ad capitibus  
pœnam damnatis ipso die supplicii præ-  
beatur. Præterea cum in Diæcesi tri-  
ginta t̄res omnino casus essent reservati,  
Synodus declarabat, quod omnes ap-  
probati Confessarii *Laicos* a singulis istis  
peccatis alias reservatis, *occultis tamen*,  
exceptis Homicidii voluntarii reis, &  
majori excommunicatione Judiciali in-  
nodatis: *Clericos* vero pariter ab iisdem  
occultis absolvere queant, exceptis ta-  
men homicidis, & excommunicatis,  
necnon peccato bestialitatis, congressu  
cum Moniali, revelatione Confessionis,  
& si quis Diæcesanus per alium Episco-  
pum absque Ordinarii licentia aut fur-  
tive, aut per saltum, vel extra statuta  
tempora & ante legitimam ætatem fui-  
set ordinatus. Denique Synodus pa-  
trio sermone decreta matrimonium con-  
cernentia eo fine publici juris fieri cu-  
rabat, ut ea ab omnibus Parochis bis  
in anno ex suggestu suis fidelibus in-  
culcarentur.